Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



contra vos est: et statim inuenietis asinam alligatam et pullum cum ea. Solute et adducite mihi.
Et si quis vobis aliquid dixerit: dicite quia dominus his opus habet et continuo dimittet eos.
Hoc autem totum factum est ut adimpleretur quod dictum est per prophetam dicentem. Dicite filie sion.
Ecce rex tuus venit tibi mansuetus: et sedens super asinam et pullum filium subiugalis.
Euntes autem discipuli: fecerunt sicut precepit illis ihesus. Et adduxerunt asinam et pullum: et imposuerunt super eos vestimenta sua: et eum desuper sedere fecerunt. Plurima autem turba straverunt vestimenta sua in via: alii autem cedebant ramos de arboribus et sternebant in via. Turbe autem que precedebant et que sequebantur clamabant dicentes. Osanna filio dauid: benedictus qui venit in nomine domini. Off. Ad te domine leuaui animam meam deus meus in te confido non erubescam ne ridant me inimici mei etenim vniuersi qui te exspectant non confundentur. Sec.
Hec sacra nos domine potentia purificet munda tos ad suum faciant puriores venire principium p dnm. Com. Dominus dabit benignitatem et terra nostra dabit fructum suum. Phanc commdia. Compl. Suscipiamus domine misericordiam tuam in medio templi tui ut repacionis nostre veniam consequamur honoribus paschalibus. P dnm. Alia compl. Adsit nobis quesumus domine misericordia tua et per ad uentum virginis filii tui tribuant nobis veniam etiam per eundem. De beata virgine collecta ut in sequ
Deus qui debet mater virginis vero virginitatis